TH. CAMPANELLA
De
MONARCHIA
HISPANICA.

Editio nouiſsima, aucta & emendata ut præfatio ad lectorem indicat.

Amſterodami,
Apud Ludouicum Elzeuirium.
A°. 1641.

Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Doctiſſimoque Viro,

D. IOACHIMO VICOFORTIO,

Equiti, & Sereniſſimæ Haſſiæ Lantgraviæ à Conſiliis.

Libellum hunc, quem de Monarchia Hiſpanica ſcripſit clariſſimus Campanella, N. T. dico & offero, Nobiliſſime VICOFORTI. *Nuper tuo beneficio meus factus, jam typis excuſus tuus iterum eſſe deſiderat. Soles quippe, præter eas curas, quas optimis maximiſque Principibus commodas, etiam literarum & elegantiorum ſtudiorum meminiſſe, & eorum nobis copiam facere, quæ vel ab antiquitate precium habent, vel argumenti varioris novitate lectorem delectant. Hujus generis eſt opuſculum præſens, titulo Monarchiæ Hiſpanicæ grande & illuſtre. Verum non tam quid ſit potentiſſimus Hiſpaniarum Rex, quam quid vel ſua vel alio-*

THOMÆ CAMPANELLÆ DE MONARCHIA HISPANICA DISCURSUS.

PROOEMIUM.

MOnarchia univerſalis profecta ab ortu verſus Occaſum, per manum Aſſyriorum, Medorum, Perſarum, Græcorum & Romanorum, (qui ab aquilâ Imperiali in tria capita partiti fuerunt,) pervenit tandem ad Hiſpanos: quibus, poſt diuturnam ſervitutem & diremptionem, fato univerſa conceſſa eſt, majori cum admiratione, quam præceſſoribus ejus, ad quam illa etiam, ut eſt rerum humanarum viciſſitudo, pertinebat.